Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



eadem sapientia que uirt.
Ita ne igitur etiā de cetis.
ut eadem sit magnitudo
que uirtus. et si qua alia
uel supra cōmemorata s.
uel cōmemorari adhuc
possunt. EXPLICT PLOGVS.

INCIPIUNT
CAPITULA.

I De patre et filio hoc solum n̄
dicit illud de illo quod n̄ simul
ambo sunt. ds enī de dō. bonus
de bono. uirtus de uirtute quod
simul sunt recte dr̄. pater autē
de patre. aut filius de filio. quod
non ambo simul sunt n̄ potest dici.

II De unitate filii cū patre. et nr̄a
inuicem nobiscum.

III Pares in quacūq; uirtute n̄ posse
in cetis et dissimiles ac si hec equa-
litas in animis reperiatur humanis.
multo inconparabilius eam ma-
nere incōmutabili etnaq; substan-
tia quod ē ds trinitas.

IIII De spū sci unitate cum patre et
filio.

V De natura corporea et creatura
spuali quod simplices non sint qa
nec incōmutabiles.

VI De simplici et incōmutabili cētia
dī. quā uis multipliciter scdm sub-
stantiā nominetur.

VII De solo uero dō. patre. et filio. et spū
sancto.

VIII Trinitatē dītatis nullo modo triplicē
ēē dicenda. quia nec tria ibi plus sī
quā unū nec unū minus sīquā tria.

VIIII De sententia sci hyllarii qua in tri-
nitate psonarū pprietatē intelligit
demonstrasse. EXPLICIVN CAP.

INCIPIT LIBER. VI.
De patre et filio.

Sed si non dicitur pater
in se ipso. nisi quod ad
filium dr̄. id uel genitor.
uel principium eius. Si etiā
gignens. eo quod de se gi-
gnit. consequent̄ pncipiū
ē. Quicqd aut aliud dr̄.
cum filio dr̄. uel potius in
filio. siue magnus ea magnitudine
quā genuit. Siue it ea iustitia quā
genuit. siue bon ea bonitate quā
genuit. siue potens ea po-
tentia uel uirtute. quam
genuit. siue sapiens ea sa-
pientia quam genuit. Ma-
gnitudine autē ipsa non
dr̄ pater. sed magnitudinis
generator. Filius uero sicut
in se ipse dr̄ filius. quod n̄
cum patre dr̄. sed ad patrē.
non sic et in se ipso magnus
sed cū patre cuius magni-
tudo ipse ē. Sic et sapiens.
cū patre dr̄. cuius ipse sa-